

Daniel Georg Morhof

**Amor Lacrymans In Funere Illustris Et Incomparabilis Matronae Mariae  
Elisabetae Heistermanniae a Zielberg Natae Kielmanniae A Kielmanseck**

Chiloni[i]: Reumann, [1665]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766338096>

Druck Freier  Zugang







UNIA  
DEN

1783 21 Kuffen


Ac-12<sup>1-12.</sup>  
1-51 <R>









116









M

39

LIBRIS



ABBATIA

MELBROG

IN

OK

OR HORIO



38

AMOR LACRYMANS  
IN FUNERE  
ILLUSTRIS ET INCOMPARABILIS  
MATRONÆ  
**MARIÆ ELISABETÆ**

HEISTERMANNIÆ à ZIELBERG  
NATÆ KIELMANNIÆ  
A KIELMANSECK.

*Expressus*

à

DANIELE GEORGIO MORHOFIO

J. U. D. Eloq. & Poës. Prof. Ordin.





**I**N Lacrymas se laxat amor, totoq; redundat  
Flumine, dum Tanti Conjugis Uxor obit.  
Orta mari Venus est, & amaris pascitur undis.  
Hinc & Amor falso proluit ora mari.  
Patria non siccis hæc funera spectat ocellis,  
Et MAGNUM in lacrymas vidimus ire PATREM.  
Stant Charites, stetit ipsa Venus lacrymasq; laceffit,  
Et natale sapit guttula quæq; salum.  
Ipse suæ MARIÆ CONIUX mare fundit amarum,  
Possit ut in lacrymis naufragus ire dolor,  
Prorumpunt lacrymæ, lacrymisq; curulibus ignis,  
Exit, & admistas æstuat inter aquas,  
Ructanti flammæ Oculum componimus Ætnæ,  
Quas inter medio flumine Nilus eat,  
Hic teneri fabricant Veneri sua tela Cyclopes,  
Ac eadem affuso flumine tela lavant.  
Ergo illi in mediis rogus hic educitur undis,  
Unda lavat corpus, flammaque membra cremat.  
Quis plorare vetet? nimis ille immitis & atrox,  
Interdicere aquâ quisquis & igne velit.  
Frustra ego Castalias lacrymis admisceo guttas,  
Nec salsas dulcis diluit humor aquas.  
Non ea Lethæum consumet flumina flumen.  
Ista sed æternis imbribus ora rigant  
Non tamen heic lacrymis mollescunt corda profusis,  
Induit ex ipsis marmora pectus aquis,  
Saxea sic flentes Niobe riget inter ocellos,  
Femineusq; vomit flumina falsa lapis.  
Cor abit in lapidem, tumulus ne desit amatæ,  
Dulcia in hunc infert funera dulcis amor.  
Queisq; ulnis jacuit, nunc iisdem ea conditur urnis.  
Sic parit ex ipso funus amore Venus.  
Nunc capulum capit hoc, ubi copula pectoris olim.  
Quam texere olim, nunc quoq; corda tegunt.  
Non hanc Terra capit, cœlum quæ mente tenebat:  
Non etenim exiguâ clauditur illud humo.  
Deficiente loco, pectus capit ecce Mariti.  
Ista capax tanti corporis urna fuit.  
Heic agit, & veteres intus propagat amores,  
Istaq; viventem viva sepulchra tegunt

CHILONI, Literis JOACHIMI REUMANNI, Acad. Typogr.









ferunt ex optatissimi nati! Et quid de filiabus Tuis dicam,  
tui & seculi ornamentis? quæ & ipsæ nobilissimas familias, ge-  
næ sanguine, in novas inclytasq; stirpes succrescente, illustrant? In-  
prima, MARIA ELISABETHA (quæ lux & gloria fœmina-  
generoso Dno JOHANNI SAMUELI HEISTERMANNO  
LBERG collocata. HEISTERMANNUM autem cum dico,  
ntum aliquod exemplum in omni cultu civili ac habitu perfecti  
co. Ita enim in eum, & morum concinna Suavitas, & rerum  
darum cum variâ eruditione peritia, atq; eximius planè animi  
or confluerunt, ut quâ parte horum magis mereatur æstimari,  
le oppidò sit decernere. Ego certè ab ipsis planè Gratiis elabora-  
sse virum judico. MARIE ELISABETHÆ natu proxima  
A MARGARETA, è celebratissimâ BROCKTORFIORUM  
A MARQUARDO WOLFGANGO, heroi strenuo nupta.  
citas est SOPHIÆ AUGUSTÆ, natu in hâc pul-  
minimæ, quæ WOLFGANGO BUCHWALDIO,  
pis generosissimæ propagini sociata, extendere in se-  
m profapiam, & novas ac eminentiores in eam virtu-  
promittit. Sunt hæc profectò bona omnia tanta, ut  
n commemorationem oratio mihi vix suppetat, de-  
atq; succubitura, si pro dignitate singula exornare in-  
n esset. Retribuit DEUS pietati Tuæ, Excellen-  
, quando inter medios fragores bellicos, inter alter-  
mirabiles & periculosissimas vices, inter invidorum,  
lorum insidias, odia, crudelissimasq; minas, Te ani-  
fractum, integrâ gloriâ, florente famâ, constante  
erum ac populi favore, dignitatibus salvis & insuper  
vit, servavit, munivit, atq; ita evexit, ut vix amplius  
is divina illa faventia potuisset adstruere. Tu intereà,  
Domine, inter tot ac tanta Tibi propria decora atq;  
hil abis à pristinâ tuâ humanitate, & verecundiâ ac  
â modestiâ. Quæ maximus Princeps, quæ Patria, quæ  
Atlantæis tuis pro communi egregio exhaustis labori-  
pendere, & promptissimâ manu Tibi tuisq; offert  
i non nisi trepidè atq; cunctanter, hæsitans ac multum  
i, ut modestissimi solent, admittis. Quæ res profectò  
m in ejusmodi admirationem rapit, ut agnoscere pa-  
inter omnes divini animi tui dotes, omnia decora,  
se maximum, quod publico natus factusq; bono  
edicari malis. Sunt omnia, quæ hæctenus de Te  
mihi

